



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

Cap. XIV. Nobis id agendum, vt in eo vitio & paſſione quæ magis in nobis regnat, & turpius nos labi facit, nos præsertim mortificemur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40093

Lib. 2. c. 15.
de vita P.
Francisci de
Borgia.

Exemplum
patientie
iuxta ac
mansuetu-
dini.

Legitur de Parte nostro Franciscus Borgia, quod quodā tempore fere profectus sit Valle-olet flumina, ubi erat domus probationis: multa nix cœlo cadebat, & ventus flabat frigidus & rigidus, & venit eo multa nocte, dum iam somnum caperent novitii: magno satis spatio portam pulsabat, & flocci magni niuis cadebant, & quia primus sopor erat & porta multum ab habitatione distans, nullus audiebat nec respondebat. Sat longo spatio tēporis elapso auditus fuit, & ei aperta porta, novitiis magno pudore affectis, quod tam diu patrē moram trahere fecissent, vidētes enim frigore quasi enectum & tremementem. Quib. tam gratioso vultu Pater respondit: Ne doleatis fratres mei, certo enim scitote, Deū, dum expectare, multo me favore prole. utū fuisse, cogitabā enim, Deum esse, qui niues demittebat, & ventos in me vibrabat, & quodcumq; facit, cum infinita hilaritate & recreatione facere, & mihi lætandum esse, dum animaduertētem Dei in me castigando & affligendo propensionem, & gaudendū ob gaudiū, quod in hoc opere habebat, leo enim vel aliud brutū in præsentia magni Principis laceratur tantū ad eū exhilarādū. Similiter nobis omnes occasiones mortificationis accipiendæ sunt, & hæc delectatio & satisfactio nostra esse debet delectatio & satisfactio Dei.

CAPITULUM XIV.

Nobis id agendum, ut in eo vitio & passione, quæ magis in nobis regnat, & turpius nos labi facit, nos praesertim mortificemus.

REFERTUR in primo libro Regū, quod Deus per Samuelem Prophetā Saul mandauerit, ut perderet ipso facto Amalech, nec parceret nec viris nec feminis, nec pueris nec lactatibus, nec armentis, nec pecoribus. Et dicit sacer textus: Et poperit Saul & populus eius Agag & optimis gregibus ovium & armentorū, & vestibus & arietibus, & universis, quæ pulchra erant, nec voluerunt disperdere. Quicquid

vero vile fuit & reprobum, demoliti sunt. Sic aliqui se mortificant in parvis & leuibus, sed in maioribus magni ponderis, & plus ad rem facientibus sibi parcunt, & integri & viui manent. His ergo ut cōsultetur dico, preciosissimū esse debere id, in quod oculos dirigere debemus ad mortificandum & Deo offerendum. Samuel statim accessit Saul, & eum obiurgans ex parte Dei ob factum ipsius iussit corā se adduci Agag Regē Amaleck. Et oblatum est ei Agag pinguis & tremens, & in frustra cecidit eum Samuel coram Domino in Galgalis. Fecit de eo sacrificium Deo. Hoc precipuū esse debet, quod tibi Deo per mortificationem sacrificandum & offerendū est. Agag iste tuæ arrogantia & superbia, qui in te præ aliis regnat, hæc impatientia hæc tetrica & dura conditio tua, hoc desiderium & appetitus gloriæ & estimationis offerenda sunt.

Aliqui reperiuntur, qui omnem sollicitudinē, omnem sanctitatē & perfectionem eo referūt, ut exterius, & in eo quod foris apparet, videatur, in modestia & gestu multum ædificante, & in exteriō nihil defectus animaduertatur, & nulla ipsis cura est de interiore mortificatione, quæ omnium preciosissima & eminentissima est, sed habent voluntatem viuam & valde integram, ut & iudicium propriū & honorem & estimationē. His potest dici id quod Christus Scribis & Phariseis dicebat: *Va vobis Scriba & Pharisei hypocritæ, quia mandatis, quod de foris est calicis & paropside, intus autem pleni estis rapina & immunditia, Pharisee cœce munda prim, quod intus est calicis & paropside, ut fiat ill, quod de foris est, mundum.* Si enim modestia hæc exteriō non provenit ex pacell maturitate interioi cordis, omnia erunt hypocritis & simulatio. Nolite fieri (dicit Christus Redemptor noster) ut sepulchra dealbata, quæ foris pulchra videntur, & intus plena sunt ossibus mortuorū & immundicia. Et eodem capite plus ad propositum nostrū reprehēdit eosdem Scribas & Phariseos, dicens: *Va vobis Scriba & Pharisei hypocritæ, qui decimatis menib*

1. Reg. 15. 9.
Omnes omni-
no passiones
mortificanda.

*Et animum & cimum, & reliquis quae
graviora sunt legis, iudicium & misericor-
diam & fidem. Hoc est in terminis ut dici-
mus, aliquos esse, qui omnem lapidē mo-
uent, ut se mortificent in rebus parvi mo-
menti, & nullius valoris, sed non tangūt
hulcos, nec ad interiora & viua perveni-
unt. Hoc vero praecipuum est quod mor-
tificandum est, videlicet illa passio, vitium,
inclinatio vel mala consuetudo, quae plus
in nobis dominatur, quae plus ad se tra-
hit, & maiori nos discrimini exponit, &
in maiores errores ducit. Experientia
nos docet, unumquemque in se solere sen-
tire, unum, duo vel tria, quae maius ei bel-
lum movent & profectum impediunt, &
sunt causa sui interitus. Id ergo est id
quod quisque oculos dirigere debet, ut id
tollat & cum radice per mortificationem
evellat. Hincque mandari solet, ut de hoc
instituat examen particulare, & in hoc
praesertim insistat in oratione: haec
enim maxima cuiusque necessitas est.*

CAPUT XV.

*Non omittendas mortificationes in
parvis, & quam utiles & Deo gra-
tae sint huiusmodi mortifica-
tiones.*

Hoc curanda maiora, ut minora non
negligamus. Quod consiliū est con-
tra eos, qui parvas mortificationes omit-
tunt & nihili faciunt, eo quod minuta vi-
deantur, & nullum in iis profectū & per-
fectionē sitam esse. Qui magnus error est,
& ideo de eodē nos monet Scruator no-
ster in eadem reprehensione ad Scribas &
Pharisaeos, non enim reprehendebat eos,
quod curaret minuta illa, sed quia omit-
tebant res graves legis, sed addit statim
haec etiā fieri debere, dum dicit: *Hac oportet
facere & illa non omittere.* Sapias agi-
mus, quanti momenti sit, etiam parvorum
& minorum haberi rationē, & illa non
negligi, & sane tanti momenti est, ut sa-
pius de eo agi conveniat, ne tantum mali
nobis hoc accadat, ut per haec spatia in-
trare solet. Nunc solum de eo dicamus,

quod ad propositum nostrum facit, quae
sunt duo declaranda, quorum prius, quan-
tum boni in his mortificationib. situm sit
posterius quantum malū & damnū nobis
advenire queat si illas negligamus, ut à
priori exordiamur: facile est intelligere,
quā grata Deo sint mortificationes, quā-
tumvis res ipsae parvae sint, & quanti va-
loris & meriti apud ipsum, quod in mor-
tificatione non tam attendendū id quod
fit à nobis, quam quod in eo propria vo-
luntate abnegamus & relinquimus. Hoc
enim proprie est se mortificare, & semet-
ipsum abnegare quod à nobis Christus
in Evangelio requirit. Propria ergo haec
voluntas tam negatur & relinquatur in
parvis quā in magnis, & aliquando etiā
plus, ut dum magis voluntati nostrae re-
pugnant, ut saepius re ipsa experimur nos
in parvis maiores difficultates, quam in
magnis sentire. Mortificatio enim (ut di-
ci, & quidem recte, solet) non tam consi-
stit in rebus, quam in voluntatis nostrae
repugnātia. Sic ut in omni mortificatio-
ne, quamvis fiat in re parva, offerimus &
sacrificamus Deo propriā voluntatē, ean-
dem eius amore negātes & posthabētes,
& ei dantes id quod nobis maxime carū
& preciosū est, nihil enim est, quod tanti
faciam⁹ & aestimemus ut propriā volun-
tatem, & eam dantes damus omnia.

S. Ambrosius ad propositū hoc magni
aestimā factū illud Dauid, quando in ca-
stris contra Philistinos excubans, teste
S. Scriptura: *Desideravit & dixit: O si quis
daret mihi aquam de cisterna Bethlehem,* quae
erat ex altera parte hostilis exercitus.
Quod audientes tres viri fortissimi per-
ruperūt castra hostiū, & attulerunt ei vas
plenum aqua ex illa cisterna. Et sacer tex-
tus habet: *Qui noluit bibere, sed magis liba-
vit illā Domino* illam effundens. Res sane
magna & grāde sacrificiū offerre Deo sci-
phū aquae! S. Ambr. dicit magnū sacrificiū
fuisse & Deo multū acceptū, & sufficiebat
illud nobis referre S. Scripturam ut factū
heroicum Dauid, ut intelligatur magnū
fuisse. Quare vero magnū fuit? Scis qua-
re! S. Ambrosius rationem dat: *Vicit ergo*

Mat. 16. 24.

Tamen par-
vis quam in
magnis abne-
ganda volun-
tas.Ambrosius in
Apolog. de
Dauid c. 7.
1. Paral. c. 12.
17.

NAM-